Bibliothèque numérique

medic@

Colletet, Nicolas - candidat / Yvelin, Pierre - président. - Estne fluor muliebris semper ab utero ?

1635.
Paris
Cote : ms 76 n°818

PARIS biu Santé

(c) Bibliothèque interuniversitaire de santé (Paris)
Adresse permanente : http://www.biusante.parisdescartes.fr/histmed/medica/cote?ms00072_ms00080x05x0818

ILLVSTRISSIMO AC INTEGERRIMO VIRO

CAROLO BARENTIN

EQVITI, REGI A SECRETIS D. DV

BOVCHET, D'HARDIVILLIERS, DV PLESSIS, MAISSONCELLES,
DOMVS REGIÆ MAGISTRO, ET IN CAMERA COMPVTORVM
Præfecto meritiſſimo.

[illegible] NICOLAVS COLLETET.

IN Medico ſtadio periculum facturus, peccarem (Vir Clariſſime) ſi alio quam ſtudiorum meorum duce & auſpice certamen hocinirem. Neque in periculo ad alias aras confugiendum quam quibus & ſecuritas metuentibus, & iuſtis ſolatiis explicatur humanitas. Et mihi tuorum beneficiorum gratiam recolenti, vnus occurrebas qui & nominis auctoritate periclitantem, & grauitate fluctuantem confirmares. Et res ipſa virum exigebat qui inter tot Regiarum rationum moles quæ ætatem tuam hactenus exercuerunt, ne latum quidem crinem ab æquitatis ratione dimoueri poſſet. Quid ergo metuam tuo ſydere ductus altas fluoris cauſas medica diſquiſitione examinare, puriſſimus ille fluuius ſordes eluet, & calentes certaminis ardore, animos recreabit. Ne vero illud votorum meorum exile monumentum de tuis tholis refigas, maxime illa manu appenſum, quæ amica gratiarum acu in illo ſtudia, labores meos & tua beneficia intexuit, & quæ tuis formandis intenta, aliâ ſeſe mox Pallade tibi probabit.

F.M.P.

QVÆSTIO MEDICA.

QVODLIBETARIIS DISPVTATIONIBVS MANE DISCVTIENDA IN SCHOLIS MEDICORVM, DIE IOVIS XXII. NOVEMBRIS,

M. PETRO YVELIN, Doctore, & *familiari* ordinario Reginæ Medico, Moderatore.

Eſtne fluor [illegible] ab vtero? 818.

VTERVS pars eſt, inter eas quæ ob vſum nobiliſſimum ſupra cæteras [illegible] ſummæ authoritatis ægratiæ, non neceſſitatis; nuſquam animal, licet aliquando dum genio deſtitutus ſuo, totus errans, indignabundus, ſibi [illegible] in modum ſuccenſens, varios in corpore tumultus, toti lugendos œconomiæ pro conditione doloris excitet. Singulari eius beneficio viuit [illegible] ante fatis ſic volentibus perierat: dum excocta atque exquiſite ſubacta ſemina, in ipſo ingreſſu, non antè animata, fœcundo opere ſeruat atque [illegible] reſtituta facultati, per vim redditurus, & cum fœnore. Hinc eſt, quod ſummopere miremur naturæ ſedulitatem, eiuſque in conformandis [illegible] ntiam, quæ in eo opere eius fuit induſtriæ, vt eaſdem fermè partes ac viris conceſſerit, quaſi vtero deberetur quod aut mas aut fœmina ſub [illegible] ipſius partibus ſexus vtriuſque characterem, procreetur.

SVBIT omnino misereri fœmineæ ſortis, quæ præter varias [illegible] communi cum viris malo, obnoxia eſt iniurias, habet & ex ſe quos lugeat affectus, infinitos propè ac miſerandos, non ſolum ex peculiaribus [illegible] lactationis gratia excogitatis, ſed ex propria ipſius natura ac temperie repetendos: niſi quiſpiam ſibi id perſuadere voluerit, voluptatem, [illegible] ſummam experitur, tot cruciatibus emi, vt violentius atque ardentius in delicias ad concipiendum requiſitas, vniuerſo generis humani [illegible] ſi mulieris temperies accuratius examinetur, frigidior & humidior eſt, quam vt poſſit alimenti reliquias virtute benefici caloris in halitus [illegible] berior affluxus, qui niſi ſingulis mẽſibus per venas ad vterum vel vteri ceruicem, tum in ijs quæ virum paſſæ ſunt, tum & in virginibus amandetur, [illegible] ptomata crudeliſſimo in perniciem metu emergant; Natura tamen à conſueto deflectens curſu, alias interdum ſibi vias eligit, quibus ſe ab hoc onere [illegible] ſalutariter expediat: hinc optabiles dyſenteriæ, hæmorrhagiæ, vomitus; hinc (quod fortaſſe magis mirabere) quibuſdam per minimum digitum, [illegible] angulum, ſanguis quot menſibus, quaſi dato à natura ſtimulo manans, in ſalutem non prius ſperabilem ceſſit.

SIC parens illa benefica partibus quibuſuis tum miniſtris [illegible] votum abutitur, ea ſiquidem eius lex eſt, is ordo, vt totam cogat virtutem quòcitò citiùs humorem noxiè congeſtum vel admiſſum [illegible] ſocietate, vaſorumque communione affines, vel eas ſaltem quas ſibi ad id formauit ac propoſuit: quæ ſi plus æquo, compulſis obſtiterint [illegible] in partes præcipuas, nunquam fere ſua ſponte ac ſine exitio huic excretioni patentes. Ea ratione pleuritis, excreta per aluum, ſputa, ſudore, [illegible] ſoluitur, quam per ſuccedaneam ipſius peripneumoniam, aut phrenitidem: hinc à iecore in lienem optabilior metaſtaſis, quàm ſi à liene [illegible]: nec credas vterum huic ſeponi iniuriæ, aliarum ſiquidem partium, ſæpe totius corporis vitio ingemiſcit: dum præter ſanguineum ac [illegible], aliàs vitiatum, debitum tempus anteuertentem, vel ſerius remoratum, ad id deſtinatus excipit, varia inſuper ex varijs partibus excrementa [illegible] ſentia, totus nauſeans admittit, præcipuis partibus ſic de ſepoſitâ ac ſecretâ ſarcinâ, motu naturæ amico ac familiari, triumphantibus.

INIQVA hæc viciſſiendo non aliàs euidentius quàm in muliebri [illegible], tanquam genus à ſpecie diſtinguendo, detegitur. Huius enim præcipuam originem, & materiã ſi licuerit attentius rimari, veniet equidem [illegible] incuſandus quod loca huic excretioni (natura viam monſtrante) opportuna detexerit, vel certe quod à proba cæterarum partium [illegible] deflectens, benignum ac laudabilem ſuccum in deteriorem verterit, forſan vt ius quod in cæteras partes ſibi merito vendicat, indicaret. Differt [illegible] ac viros, imo etiam frequẽtius exercet, ſolis vijs ac materiæ conditione, non excretionis. Errant qui falſo experientiæ ſpecimine deluſi, [illegible] importune aſſerere, vterinum fluorem, continuum æque ac qui certo ordine, incertæue periodo, in virginibus atque ætate maturis [illegible] & aliquanto poſt tempore ſubſiſtere, cum maligni humores, odore, colore, atque ſubſtantia prius cognoſcendi, iam confuſi cum ſanguine [illegible] & ſemel tunc temporis excernantur. Audẽtius & ad veritatem magis appoſitè illud in gonorrhœa poſſit affirmari, materiam, quæ in ſimplici & [illegible] ſenſu profunditur, conſueto ſemper curſu, etiam inter menſtruas iniurias, obdiſtinctas ipſique peculiares vias excerni, nuſquam purganti [illegible].

IDEO ſumma diligentia incumbendum vterino fluxui cohibendo, [illegible] putredinem, atrophiam, ac doloris impatientiam, vtero totique corpori præſens minetur ac portẽdat exitium. Eſt tamẽ eo in opere ſæpe [illegible] nouam ſemper ex ſe ac proximam huicce fluxui ſuppeditet materiam, ipſi tamen non fuerit litatum ſatis, ſi per familiaria ac genuina medicamenta [illegible] proprio damno vel conſortio alterius contraxit, felici conatu emendauerimus; natiua ſiquidẽ ipſius imbecillitate, ſitu, vaſorumque copia, quælibet [illegible] quam ad fœdam totius ſentinã refundũtur ac relegantur. Principibus itaq; partibus robur addendum ac conciliandum eſt: nempe vt erepta [illegible] occaſione, habeant cæteræ partes quod in communi bono delectentur. Neque tamen in præſcribendis remedijs adeo ſis pertinax, vt [illegible] per venæ ſectionem, diuretica, emetica, diaphoretica, aluum ſubducentia, omnibus ſummè in eo negotio neceſſitatis, vteri commodo per [illegible] conſulere dedigneris: ne quod ante fecerit irritatus, aliorumque cedens vtilitati, illud idem tanquam neglectus, contracto peiore habitu, [illegible] negligentiæ pœnam miſerè parturiat.

Eſt ergo fluor [illegible] ſemper ab vtero.

[stamp]

265.

Proponebat Lutetiæ NICOLAVS COLLETET, Pariſinus. A. R. S. H. MDC. XXXV.

DOMINI DOCTORES DISPVTATVRI.

M. Iacobus Mentel.
M. Nicolaus Mathieu.
M. Carolus du Pré.

M. Petrus [illegible]
M. Iacobus [illegible]
M. Nicolaus [illegible]

M. Gaſpar Braier.
M. Nicolaus Henault.
M. Ioannes Couſin.